

A 1938 / IIII.



SD 2400
15

Regi onta tvrnok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Elegidion Votivum

PRO FELI-
CI AC SALV-
TARI NOVI ANNI,

M. DC. XXXVIII.

AUSPICIO GRATA PIAQ; MEN-
TE CONCEPTUM.

à

JACOBO SCHLONHAUF (ALITER
Unczovsky) ab Ostrov, p. t. Possessionis Chle-
ven Inquilino contextum.

E T E O S T I C H O N.
EX PSALMO II.

In Cœlis De Vsest, q VI VVLt q
tentl

Robore, Constanti a Cordine In Orbe fa Clt.

TRENCHINII,

Excudebat WENCESLAUS VOCALIUS.

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

ADMODVM REVE-

RENDIS CLARISSIMIS DOCTISSI-
MISQ; VIRIS DOMINO SENIORI, DE-
CANO, CÆTERISQ; FRATRIBVS VENE-
RABILIS CONTUBERNIJ GRAD-
nensis Ecclesiarum

Banovicensis

Gradnensis

Ugrocensis

Podluzanensis

Mothessicena

Belicena

Slatinensis

Pravoticensis

Dezericensis

Chlyvanensis

Ostraticensis

Prussensis.

Bobothensa

Pastoribus & Præpositis Vigilantissimis, D. Patribus
Fautoribus atq; Amicis observandissimis, &c.
loco Apophoreti dicatum.

SD2400



On pe

Et qu

Recte

Qua

Sic sem

Sic

Nos quia de catu C

Quos iuvat

Convenit estq; piu

Quippè, sol

Id si quando alias, h

Emenso vet

Elapso hoc multum

Quæ nostru

Sic postquam a quo

Dulce hinc

Sancte Pater rutili

Incolis, has

Fac novus hic nobis

Principium

Da primum alma tu

Et pateant p

Tecta tuo, præstes,

Bubone à S

Adde, illi Reges su

Ad nutus v

Fac vigeat nostris C

Et placide

Nam quo perducatur

Regna, nim

Regi nyomtatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.1/

REVE

DOCTISSI-

ENIORI, DE.

IBVS VENE-

GRAD-

nenfis

uzanensis

enæ

oticenæ

vanensis

ensis.

mis, D. Patribus

dissimis, &c.



Non pecudum fibris Domino sed mente lita-
Et quæ præstanda est, at sine fraude, Fide. (tur
Rectè ait in Sacris vates & Rex pius Odis,
Quas canit ad doctâ, Numine agente, Lyram
Sic semper veterum pia turba litarat avorum
Sic hodie pietas queis sapit alma litant.

Nos quia de catu Christi mandata professo
Quos iuvat ex ipso nomen habere, sumus,
Convenit estq; pium, simili ut ratione litemus,
Quippè, solet votis pondus inesse pijs.
Id si quando alias, hoc certè temporis, Orsa
Emenso veteri, dum novus Annus habet,
Elapso hoc multum tulimus, vel plostra malorum,
Quæ nostrum fermè diminuere caput.
Sic postquam æquoreas evadit naufragus undas,
Dulce hinc vicinam est commemorare necem.
Sancte Pater rutili qui celsa palatia Cœli
Incolis, has petimus percipe in æthere preces.
Fac novus hic nobis lætis successibus annus
Principium felix prosperum & exitum agat,
Da primum alma tui niteant bene dogmata verbi,
Et pateant puræ Religionis opes.
Tecta tuo, præstes, Umbone Ecclesia, semper
Bubone à Stygie libera sospes agat.
Adde, illi Reges sint protutamine, & ipsi
Ad nutus vivant imperitentq; tuos
Fac vigeat nostris Concordia Sancta sub Oris,
Et placidè duros vinciat illa viros.
Nam quo perducatur miseros discordia Cives,
Regna, nimis rabido Marte perusta, docent

A 2

Da pa-

3

Regi nyomatványok, Matica Slov. Martin:
/316.ig.j/

Da pacem populis. Hostilem infringe cohortem,
Quæ nobis solo panè timenda sono est.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus; Diam hinc sollicitamus opem.
Fac tandem cessent Mavortia prælia, ut enses
Districtos, cupidè nemo sub Orbe, gerat.
Pelle famem, Morbos, contagia tristia ad Indos
Ut vigeat nostris. Sorsq; Salusq; focis.
Da fuerint annonæ incendia nulla, Falerno
Et Cerere optatà noster abundet ager.
At si quid duri (veluti persæpè meremur)
Immittas super hanc crimine læsus humum.
Auxiliatrices nobis non subtrahe, nixi
Quæcis valide stamus sub cruce & hoste, manus.
Quin etiam vires ac firmum suffice robur,
Ad mala ne simus perpetienda rudes.
Quos etenim redamas, iuste illos corripis, atq;
Ne magè delinquant, ne pereantq; facis.
Fac igitur victis Erebi Mundiq; procellis,
Scandamus rutilos, in loca grata, Polos.
Sic Tua ad immentas ibunt præconia gentes,
Florebit nomen semper in Orbe tuum.
Sic Tibi Laus, Virtus, Victoria Summa triumphus
Perpetuum nostrà voce feretur Amen.

A N A G R A M M A T A.

Juxta Superiorem Seriem ex Nominibus
eruta, &c.

SACHARIAS LANI: Nihil aris à casa, &c.

Qui premerent Christum & Fidei documētū, potētes
Semper

Semper in hac M
Vilibus à casulis, seu tur
Pauxillum est ar
Nempè agreste hominu
Jlla vel illa Fides
Sunt vitanda igitur nob
Sæpius illustri fu
Præcipuè ex humili quæ
Aiperius quod ijs

DANIEL LAS

Est fortuna nihil. Fa
Casus, ubiq; ferun
Cuncta DEI nuta fiun
Ne pilus ut capi
Hæc benè qui norunt lo
Qui ignorant mi

A DAMUS VOI

Quod Fas & fidum
Hoc fiat patulo
Si desint vires, fuerit la
Hac ego contentu

ISRAEL ORLI

Litium in hoc vasto t
Difficile ut num
Hæc pij poterunt iuris
Ne excrecant vi

Semper in hac Mundi mole fuere, Duces,
Vilibus à casulis, seu turba imbelle, pericli
Pauxillum est aris vel nihil usq; Sacris.
Nempè agreste hominum genus hoc attentius arvis,
Illa vel illa Fides sit maneatq; finit.
Sunt vitanda igitur nobis præiustria. Sævum
Sæpius illustri fulmen ab arce venit
Præcipuè ex humili quæ sorte vehuntur in altum,
Asperius quod ijs turbidiusq; nihil.

II.

DANIEL LASICIUS. Nil casu DEI alis.

Est fortuna nihil, Fatum fatuum, Sed & iste
Casus, ubiq; ferunt quem valuisse, nihil.
Cuncta DEI nutu fiunt, alisq; teguntur,
Ne pilus ut capitis depereat sine ijs.
Hæc benè qui norunt solatia grata reportant,
Qui ignorant miseri terq; quaterq; manent.

III.

ADAMUS VOLFFIUS. Fas, fida, volumus.

Quod Fas & fidum est, quod candor amorq; requirit,
Hoc fiat patulo & perstet in Orbe Volo.
Si desint vires, fuerit laudanda voluntas.
Hac ego contentum suspicor esse DEUM

IV.

ISRAEL ORLICHIIUS. Lis calore juris, &c.

Litium in hoc vasto tantum manet Orbe, referre
Difficile ut numeris, sit fueritq; meis.
Hæc pijs poterunt IURIS sedare CALORE,
Ne excrecant vires percipiantq; suas.

Namq;

Namq; nisi hic leges mancant legumq; severi
Ultores, saltem cum nece iurgia erunt.

V.

JOANN. ROMENETCIUS. Sine metu sine corona

PRincipium Domini timor est Sapiencia, & omnis
Fons boni. Ab hoc fartim prospera quæq; fluunt.
Hoc sine qui vitam sceleratè duxerit istam,

(Ac hodie facit id sat numerosa cohors)

Is SINE Cœlesti, dispendia quanta! CORONA

In Stygijs miserè mergitur & nat aquis.

Proin Superos, justum est, semper timeamus, ab alto
Athere, quam gratum nos diadema manet!

VI.

ANDREAS PETRI Aderit Parens.

Multa pios torfisse solent discrimina At illis
Semper adest clemens, qui regit astra, Pater.
Non animos igitur despondimus. Alpera postquam
Fata, vel indignè nostraq; nosq; premunt.
Ille PARENS, ad vota ADERIT, vimq; exeret. Hostis
Concidat ut subitis dispereatq; modis.

VII.

GEORGIUS STEPHANIDES. Surget gens pia, os

Non manet æternum PIA GENS sub pulvere. SURGET, (DEI
Os loquitur Summi, credito quisq; DEI.

Surget ut excelsis potiatur honoribus, atq;
Ut videat Studij grata brabea sui.

Perplaceat nobis Pietas. Quippè utilis illa
Tempore eo, vel eo, rebus ijs & ijs,

Joan

JOANNES STU

DE tenebris & v
Angustæ Ch
At Duce qui multo C
Ille nimis lata
Quorsum hæc deduca
Scilicet ad Sty

ANDREAS FA

Permultos videas
Quos, quare
Cur piæ eo tendan
At magnum
Nos crebro, & prom
Ne incalsum

PETRVS MA

Dum Sacro Flat
Jova, mane
Semper ut hoc facia
Impurum ru

ELIAS JA

Quod Pietas ma
Res loquit
SIC A BEO ex illis, re
Proinde val

VIII.

JOANNES STUPAVIUS. Pios è vi unus sanat,

DE tenebris & vi Sathanæ nos liberat unus,
 Angustæ Christus Duxq; Comesq; via.
 At Duce qui multo Conscendere sydera tentat,
 Ille nimis latam debet habere viam.
 Quorsum hæc deducat verè prædixerat ipse,
 Scilicet ad Strygias, Mors ubi regnat, aquas.

IX.

ANDREAS FABRICIUS. Res cur ad Fana ibis

PERMULTOS videas gestantes nomina Christi,
 Quos, quare veniant ad Sacra fana, fugit.
 CUR piæ EO tendant RES est non parua, cohortes
 At magnum quiddam præcipuumq; satis.
 Nos crebro, & promptis animis, sacra templa petamus,
 Ne incassum, Superi sit labor iste, dabunt.

X.

PETRVS MARCONIUS. Sic or sanet, purum

DUM SACRO Flatu in nobis PRÆCORDIA SANAT,
 Jova, manet PURUM corporis, omne decus.
 Semper ut hoc faciat votis precibusq; rogemus,
 Impurum rutilos non quit adire Polos.

XI.

ELIAS JACOBUS. E. aulis sic abeo!

QUOD Pietas magnis hodie evilescat in aulis,
 Res loquitur, planum ut Tiresiæ esse queat.
 SIC ABEO ex illis, redeam rarerer ut illuc,
 Proinde vale aula, placet cur magè caula, fat est!

Joan

Joan

XII.

JOANNES PETRANIUS. Sapientes non jura

NON sapiens iste est quamvis qui jure vel astu,
Offensam mavult exuperare suam.

At quicumq; suo cedit de jure benigne,

Is demum rectè præ reliquisq; sapit.

Nos si aliquis verbo, factis vel læserit ipsis,

(Ut fieri vità sæpè sub hacce solet.)

Haud subito juris petimus sequimurq; rigorem,

Quod Nemesei ultrices novimus esse manus.

XIII.

PAULUS NOSTICIUS. An pios sui luctus, &c.

NEMO hominum vasto tam fortunatus in Orbe,

Auxietas quem non torqueat aspra, manet.

Præcipuè PIA TURBA suos numerare DOLORES

Novit. & horriferas sentit ubiq; minas.

Ne tamen his aliquà succumbat inertior, ipsa

Numina, pervigili sedulitate, cavent.

L E C T O R I, S. D. P.

SI quid hiat numeris, nec enim nego Lector, in istis
Hoc sino Te limà perpolijisse gravi.

Ruro inter sordes, strepitus tremitusq; frequentes,

Qui Studijs obsunt officiuntq; nimis.

Adde, metris metus omnis abest. Ego ter miser, ictus

Hæcuro nuce iam puto iamq; Vale.

